

8658 Concordiae in sepulcreto rep. pro operculo sepulcri ex lateribus facti; est in curia.

8659 Concordiae in sepulcro rep. in subtractionibus pyramidis cuiusdam sepulralis prope viam ad septentrionem. Extat in curia.

ob in d u s t r i a M . S I N G V L A
rem et optimam ergA · R E M · P V B L I C A M
voluntar EM
quem d . n . in V I C T I S S I M V S PRIN
5 ceps praeposit prouINCIALIBVS·CVRA·
eius uis refectis aquis deVIATIS · MVTATIONVM·SPA
tis contractis
claudi O·MAMERTINO·V·C·PER·ITA
Nam illyricum et africa M·PRAEFECTO·PRAETORIO
10 curante O·PRAENESTIO·V·P·CORR
uemet et his T-

Mamertinus praefectus praetorio fuit ab a. 362 ad a. 366 testibus rescriptis multis et Ammiano; hic autem titulus cum sub uno principio scriptus sit, excluduntur Valentinianus et Valens significaturque aut Iulianus aut Iovianus. Ad illum eum referendum esse efficitur ex pluribus Iuliani ad Mamertinum rescriptis de cursu publico (Cod. Theod. 8, 5, 12 cum adn. Gothofredi). Ceterum num sententiam plene adsecutus sim v. 6. 7, videant ii qui in viarum publicarum tractationem inquirunt.

8660 Concordiae in sepulcro rep. in iisdem subtractionibus, e quibus emersit n. 8659. Extat in curia.

P. COMINIO. P. F.
CL-CLEMENTI.
PRAEF · CLASSIVM · PRAET ·
MISE NENS · ET · RAVENN ·
5 PRAEPOSITO · A CENS · PROC ·
AVG · XX · HER · PROC · AVG · PRO
VINC · LVSI TAN · PROC · AVG
PROV · DACIAE · APOLENSIS
SVB · PRAEF · ANN · PROC · AVG
10 AD · FAMIL · GLAD · TRANSPA
PROC · AVG · XX · HER · PER · HIS P
CITER · OMNIB · EQVESTRIB
MILIT · FVNCT · PONTIF · PA
TRON · COLONIAR · CONC /
15 A QVIL · PARMENS · VENAFR

ORDO . CONC

Recognvi. Bertolini n. 32 *bull. dell' inst.* 1874 p. 33, *Arch. Ven.* 6 p. 381,
7 p. 278.

P. Cominio P. f. Cl(audia) Clementi praef(ecto) classium praet(oriarum) Misenn(is) et Ravenn(atis), praeposito a cens(ibus), proc(uratori) Aug(usti vigesimae) her(editatum), proc(uratori) Aug(usti) provinc(iæ) Lusitan(iæ), proc(uratori) Aug(usti) prov(inciae) Dacie Apolensis, subpraef(ecto) ann(onae), proc(uratori) Aug(usti) ad famil(iam) glad(iatoriam) Transpa-danam, proc(uratori) Aug(usti vigesimae) her(editatum) per Hisp(aniam) citer(iorem), omnib(us) equestrib(us) milit(iis) funct(o), pontif(ici), patron(o) coloniar(um) Cone(ordiensis) Aquil(eiensis) Parmens(is) Venafr(anæ) ordo Conc(ordiensium).

Recognovi. Bertolini n. 33 *bull. dell' inst.* 1874 p. 34, *Arch. Ven.* 7, 280.

T. Desticio T. f. *Claudia* Severo p(rimo) p(ilo) leg(ionis) X gem(inae), subpraefecto vigil(um), procuratori Aug(usti) prov(inciae) Daciae superior(is), procuratori provinciae Cappadociae, item Ponti mediterran(ei) et Arme[niae] minor(is) et Lycaon(iae) An[ti]ochian(ae), procuratori prov(inciae) Raetiae, fla[mini] divi Ha[driani], pontifici, [patrono] coloniae. Alae I *Aur(iana)*: . . . [Ge]rmanus, *Martialius* Titianus, *Frontinius* . . . an(us); alae I *Fl(aviae)*: *Iulius Memorinus*, *Iuli[u]s* . . . s, *Fl(avius) Speratus*; alae I *sing(ularium)*: *Aelius Seve[rus*, *Petr(onius) Julianus decurion(es) exercitus* Raetici praesidi optimo et sanctissimo. Locus datus d(ecurionum) d(ecreto). Alterum exemplum vel certe eidem homini positum alterum titulum, sed fractum dedimus n. 1877. Eiusdem Desticci Severi meminit diploma nuper inventum in castris Reginis (ephem. epigr. 2 p. 462), unde apparuit eum a. 166 praefuisse Raetiae. De tribus alis exercitus Raetici ibidem exposuimus. V. 8 recte supplevit Benndorfius bull. dell' inst. 1874 p. 80 ex Ptolemaeo 5, 6, 17, ubi in Cappadocia recensentur regiones duae Lycaonia cum Iconio oppido, Antiochiana cum oppido Derbe.

